



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1849

LXXXV. Markgraf Ludwig der Römer schenkt den Kalandsbrüdern in der Altstadt Brandenburg zwei Hufen und eine Rente im Dorfe Pessin, am 4. Februar 1364.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54022)

LXXXV. Markgraf Ludwig der Römer schenkt den Kalandsbrüdern in der Altstadt Brandenburg zwei Hufen und eine Rente im Dorfe Pessin, am 4. Februar 1364.

Noverint universi tenorem presentium inspecturi, quod nos Ludowicus Romanus, dei gratia Brandeburgensis et Lusatie Marchio, comes Palatinus Rheni et Bavarie dux, ob honorem et reverentiam omnipotentis dei, gloriose genitricis sue virginis Marie et omnium sanctorum nec non ob jugem et perhennem magnificorum principum, marchionum Brandenburg, predecessorum nostrorum felicis recordationis, nostre, heredum ac successorum nostrorum animarum memoriam et specialiter ad instantem requisitionem fratrum kalendarum antique civitatis nostre Brandenburg appropriavimus et presentibus appropriamus duos mansos in villa et in districtu villagii possyn sitos, quos nunc Nicolaus Belyyn colit, et unum cum dimidio chorum siliginis de curia et mansis, quam et quos relicta quedam Messenes colit et inhabitat ac pensam hujusmodi solvit, sic quod dicti mansi et redditus antedicti ad altare consecratum in honorem beati Andree apostoli situm in ecclesia Beati Godhardi in dicta civitate nostra Brandeburg antiqua cum omni jure, quo hentze velkener et Nicolaus ejus verus heres, a nobis in feudum habuerant, qui etiam nicolaus coram nobis dictos mansos et redditus ad manus dictorum fratrum kalendarum legitime resignavit, debent perpetuis temporibus iusto proprietatis titulo et sine impedimento quorumlibet pertinere, volentes etiam, quod dicti fratres kalendarum personam ydoneam et valentem ad dictum altare nunc et quotiescunque necesse fuerit, debent et poterunt presentare, et qui ad hoc missarum solemnia celebrabit, renunciante insuper pro nobis, heredibus et successoribus nostris omni juri, actioni et impetitioni, quod vel que nobis in dictis mansis et redditibus competit vel competunt vel competere poterunt quomodolibet in futurum. Volumus etiam ipsos per advocatos nostros, equitatores terre seu per alios quoscunque in dictis redditibus aliquantulum impediri, quibus etiam nihil juris penitus nec mandati in dictis redditibus et mansis debet pertinere. In cuius rei evidens testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum, presentibus strenuis viris Haffone de Wedel et Valkenborg milite, Gebeharde de Alvensleue et Jurcmano de Holtzendorff cum ceteris pluribus fide dignis. Datum antiqua Berlyn, anno Domini millesimo tricentesimo sexagesimo quarto, die dominico quo quantatur: Esto mihi etc.

Nach dem Original.

LXXXVI. Markgraf Ludwig der Römer verspricht den beiden Städten Brandenburg, sie nicht wieder zu verspfänden, und räumt ihnen ein Widerspruchsrecht dagegen ein, am 1. Juli 1364.

Wi Ludewig di Romer, van gods gnaden Marggreue tu Brandenburg vnd tu Lufitz, des heligen Romischen Rikes ouerste Cämerrer, palntzgreue bi Rin vnd Hertog in Beyern, bekennen openbar, dat wi den bescheidenen, den Guldemeistern, den Rade vnd gemeinliken allen borgern vnser stede tu Brandenburg sulke gunst vnd genade gedan hebben vnd dun med dessem brieue, dat wi sy vorbat nymmermer van den landen der Marke tu Brandeborg versetten noch verpenden wollen noch en scholen. Wi wollen ok vnd volborden, dat sy sik nicht versetten scholen laten. Mit orkund des brieues daran vnser Ingefegel gehangen ist, Gegeuen tu Nawen, na godes gebort Driiteinhundert iar darna in dem vier vnd Sestigsten Jare, am Dinstag na der heligen Apostel dage Sand Peters vnd Sund Pawels.

Nach dem Original.